

DISSERTATIONE SOLEMNI MEDICA
ASSISTENTE SUMMO NUMINE
CONSENTIENTE GRATIOSO MEDICORUM ORDINE

EMPYEMA SPURIUM CONFICTUM MODERANTE DNO. GEORGIO DANIEL COSCHWITZ,

MED. DOCT. ANATOM. CHIRURG. ET BOTAN. IN ALMA
FRIDERICIANA PROFESS. PUBL. ORDIN. POTENTISS. PORUSS. RE-
GIS IN COMITATU MANSfeldENS. ET APUD PALATINOS HA-
LENS. PHYSICO MERITISSIMO. ACAD. CÆSAR. LEOPOLD.
NAT. CUR. COLLEGA LONGE DIGNISSIMO,
PATRONO, PRÆCEPTORE, AC PROMOTORE SIN-
GULARI HONORIS CULTU DEUENERANDO.
PERPENDIT

EAMQUE
PRO GRADU DOCTORALI
SUMMISQUE IN ARTE MEDICA HONORIBUS AC
IMMUNITATIBUS MORE MAIORUM SOLEMNI
OBTINENDIS

HORIS LOCOQUE CONSUETIS

Anno M DCC XXV. D. April.

Publico ac Placido Eruditorum Examini subiiciet

GODOFREDUS FERDINANDUS BALCKE
URATISLAVIENSIS.

HALÆ MAGD. Typis JOH. CHRISTIAN. HILLIGERI, Acad. Typ

INCLYTAE
VRATISLAVIENSIS REIPUBLICAE
SENATUI SPLENDIDISSIMO
ILLUSTRI
DOMINO
P R A E S I D I
MAGNIFICIS GENEROSISSIMIS MAXIME
STRENUIS PRÆNOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS
.ATQUE IVRIS CONSULTISSIMIS
D N N.
S E N A T O R I B V S
S Y N D I C I S
N E C N O N
S E C R E T A R I I S.

PATRONIS AC FAVORIBVS
SVIS OMNI
SUBMISSÆ AC DEBITÆ VENERATIONIS
CVLTV
ÆTATEM PROSEQVENDIS
DISPVTACTIONEM HANC
INAUGURALEM
EA QVA DEGET SUBMISSIONE.

SERMONIBVS
SYNODICIS
HISTORIIS
DISPVTACTIONIBVS

Consecrat ac dedicat
GODFREDVS FERDINANDVS BALCKE,
Vrat. Sil.



PROOEMIVM.



Rerum apparentium a
Veris distinctionem, sicut in vita
communi magnam utilitatem ha-
bet, ita ante omnia Medico sum-
me necessariam esse, nemo facile
inficiatur ibit, qui artis apollineæ
veris principiis non modo imbutus est, sed sacra ipsius
sub practicis exercitiis, paulo intimius intravit.

Talis enim toto die, ab ipsa experientia rerum o-
ptima magistra docetur, multas in praxi occurrere af-
fectiones morbosas, quarum dignotio atque cognitio
difficillima est, eam ob causam, quod signa quædam sub
illis praesto sint, quæ pluribus morbis communia exi-
stunt; suaque præsentia, medicum haud sufficenter ex-
ercitatum eo inducere possunt, ut morbum præsentem
pro alio habeat, quam revera est, nisi satis perspecta
habuerit vera indicia atque criteria, quæ ad morbi es-

A 2 tentiam

sentiam pertinent cuiuscunque; & quæ sola sunt, a quibus dignotio veri morbi, eiusque discretio ab apparenter tali, unice dependet.

Hic enim defectus dignotionis signorum apparentium a veris, unica sèpissime causa est, dissensus Medicorum prope lectum ægrotantis concurrentium, quando unus ex veris, alter ex apparentibus signis iudicat; hunc vel illum subesse morbum; in quo tamen unus illorum decipitur. Haud equidem ferme mereretur hic defectus & error ullam reprehensionem aut apprehensionem, si saltem solam respiceret historicam morbi cognitionem ciusque simplicem notitiam, nec effectus huius defectus redundaret in ipsam curationem morborum: cum autem manifestum sit, ex male cognito morbo, falsum quoque conceptum causarum, falsamque inventionem indicationum, & applicationem remediorum promanare, nec minus falsam prognosin, tam de morbi eventu in genere, quam de fido remediorum effectu in specie, ortum capere, sane res et haud levius momenti, errorem committere in dignotione morborum illorum, qui vel vere tales sunt, aut esse possunt, vel saltim aliquam apparentem similitudinem habent, ideoque vel plane alium, quam quo venditantur, titulum merentur, vel ad minimum, ad spuriorum classem pertinent:

Hanc ob rationem factum quoque est, quod veteres iam medici, æque ac recentiores, diversos morbos in

in scholis medicis, ut veros & spurios sive nothos, notaverint; & utrorumque notas debito loco & ordine collegerint, ut partim singuli a se invicem discernantur, partim singulis adæquata tractatio curatoria tanto facilius adornetur. Sic enim nota existit inter Pleuritidem veram & spuriam, distinctio; qua illa se sistit ut affectus valde periculosus & sonticus inflammatorius, sedem in pleura potissimum habens; & nisi prompte ac tempestive discutiatur, vel intra septem dies in sphacelum abiens, ægrumque iugulans, vel plurium dierum successu in verum Empyema degenerans, & ægrotantem haud minori vitæ periculo subiiciens: hæc autem, quamquam doloribus lateris, respiratione difficiili, nec non febre, aliquatenus illi assimiletur, tamen ut affectus catarrhalis, rheumaticus, nequaquam inflammatorius, aut tanti periculi plenus agnoscitur atque consideratur.

Haud absimili medo Consultissimus atque Excel- lentiſſimus Dn. Hoffmannus peculiari Dissertatione differentiam inter Hepatis inflammationem veram, & spuriā, eamque rarissimam, hanc frequentiorem, demonstravit: eoque ipso viam commonstraravit, quo iuniores Practici in dignoscenda vera Hepatite, ab inflammatione Musculorum abdominis in regione hepatis sitorum tanto facilioreſ facere possint progressus.

Cum itaque res ipsa loquatur de distinctionis allegatæ, modo in supra citatis, modo aliis morbis, uti-

A ,

litate,

litate, nullum mihi fuit dubium, eandem utilitatem in rem medicam esse redundaturam, si de Themate inaugurali elaborando meditationes instituens, ad ductum & sua sum Excell. Dn. Præsidis, materiam differendi eligerem DE EMPYEMATE SPLURIO : præsertim, cum in pupera Dissertatione De Empyemate, ad eiusdem Dn. Præsidis mentem habita, incidenter eiusdem mentio facta, & ex neglegētu discretionis, confusione aliquam in prognosi & methodo medendi oratum capere posse, digito quasi indigitatum fuerit.

Adsit PROPITIUM NUMEN clementia sua, viresque largiatur animi & corporis, ut veritatis trahit sequens, ab illo non discedam, sed maximam in eo coepit laboris utilitatem reponam, ut Nominis Divini gloria amplificetur, ægrotantium salus pro viribus promoveatur.

§. I.

*Empyema
quid sit in
genero.*

Quid per EMPYEMA generaliter intelligatur, omnibus equidem notum existit, ita ut necesse non esset, nominis evolutionem præmittere : cum vero mos ita postuleret, paucis saltim verbis indicare libet, quod derivationem habens a πυεμα, vel πυεω, suppuro, vel ad suppurationem perduco, collectionem puris significet intra tumoris cavitatem: hanc autem generalem vocis acceptionem, cum ad varias multasque suppurations applicari possit, apud recentiores Medicos locum non invenire, sed vorem Empyematis ab illis strictius sumi, pro collectione Puris

Puris, ex rupto abscessu, vel a Peripneumonia, vel a Pleuride prægressa orto, intra thoracis cavitatem facta.

§. II.

Ut autem verum inter & spurium Empyema differentia adpareat atque monstretur, in memoriam revoco, quæ in nupera dissertatione de Empyemate proposita sunt, quod nimurum Verum empyma sit puris extravasati collectio in thoracis cavo, a causa acuta oriens, acuto more, i. e. simul & semel proveniens, acutæ indolis quoque quoad durationem existens: dum ab inflammatione pleurae & muscularum intercostalium, vel etiam Pulmonis, tanquam effectu acuto febri antecedente, immediate oritur: simultanea abscessus formati ruptura cito formatur, suamque præsentiam in momento quasi declarat, per dolorum pectoriorum, aut pulsatilium simultaneam cessationem, cum reliquorum Symptomatum exacerbatione: nec multos per dies durat, sed brevi tempore vel opem chirurgicam unice postulat, vel ægrum sub respirationis gravissimo impedimento ingulat. His præmissis SPURIUM EMPYEMA voco effusionem & collectionem materiæ ulceroso-apostematicæ in cavitatem thoracis, cum substantia pulmonalis; in alterutro pectoris latere corruptione ulcerosa apostematica; aphtistica pulmorum vel quasi constitutione prægressa, lentiore gradu successive orientem, per septimanæ non modo, sed menses saxe durantem, nullamque curationem veram, neque medicam neque chirurgicam admittentem, sed tandem ægrotum, sub tabida corporis consumitione, languide extinguentem.

*Empyema
Verum.*

*Empyema
Spurium.*

§. III.

E quibus singulis patet, verum & spurium Empyema *Utriusque
ma convenienti-*

*tia, & dif-
ferentia,
fundamen-
tum.*

ma equidem in eo convenire, quod formalitas utriusque consistat in effusione & collectione materiae alicuius corruptæ, ex stasi prægressa, & partis solidæ internæ in thorace hærentis corruptione originem trahentis, supra Diaphragma, huiusque motum atque officium graviter non modo afficiente, sed pro re nata & temporis mora, substantiam quoque, tam diaphragmatis, quam pleuræ, in unitate & continuitate lœdente: utrumque tamen ab invicem, tam ratione cause antecedentis, & modi fiendi, quam respectu specialissimæ materiæ effusæ; indolis morbi, eiusque eventus, & methodi mendandi, differre: id quod sequens affectus per trajectio-, pluribus docebit.

§. IV.

Diagnos. fr.

Diagnosis Empyematis spurii fundamentum suum verum habet, in præsencia simultanea corruptionis ulceroso - apostematice Pulmonis: hæc enim tanquam causa empyematis spurii proximæ medicum certorem reddere potest de possibilitate effusionis & collectionis materiæ corruptæ supra Diaphragma. Ubi itaque Medicus antea perspectum habet; quod sub respirationis impedimento, doloribus alterutrius lateris prægressis, tussi primum sicca, deinde magis humida, tandem materia sanioso-purulenta reiiciatur, quæ valde distincta est a mucida humida substantia quæ alias tussi reiicitur; cum corporis successiva tabelcentia; ibi de pulmonis latrone præsente dubius esse nequit; & hoc tanto magis, si causarum reliquarum antecedentium præsentia, vel ex haemoptysi prægressa, vel ad minimum a gravioribus, circapotus spirituosos, erroribus commissis, aliisque insequentibus denominandis, accedat. Talis materia præternaturalis excretioni si superveniat de die in diem difficilior respiratio, & ponderis gravioris perceptio-

ceptione supra Diaphragma hoc deprimentis, & reiectione antedictæ materiæ per tussim, quoad gradum quantitatis, ad minimum per intervalla mitescat, difficiliore facta respiratione; facilis erit diudicatio, quod substantia pulmonis erosa prosluvium concedat materiæ corrupta gravitate sua descendantis, quæ traœtu temporis, & sub ulteriore pulmonis corruptione in crebescente, mole sua auctior, diaphragma non modo deprimit, sed cavum thoracis sepius ita replet, ut loco pulmonis, sola alterutrum latus occupans reperiatur.

§. V,

Sub tanto materiæ effusæ pondere facilius quoque accedit signum diagnosticum a fluctuatione materiæ in pectore desuntum, quæ hic longe frequentius & certius percipitur, quam in Empyemate vero: licet enim in hoc aliquo modo adesse possit, quando nempe abscessus formatus antecedens latiorem habuit ambitum, quilibet tamen facile colligere poterit, tantam exinde materiæ collectæ copiam nunquam accumulati posse in pectore, quam si confluxum ex pulmonum substantia erosa habeat, & hæc forsitan tota absumatur, atque in materiam ulceroso apostematicam abeat, & ita thoracis cavum repleat; ut secundum Galenum fluctuatio & ab ægro sentiri, & ab adstantibus haud obscure audiari possit. Nec minus huc quadrat, addita illa ab auctoribus limitatio, quod nempe fluctuatio materia audiari possit, nisi copia materiæ, quæ totam cavitatem implet, fluctuationem impedit; a vero enim empymate nec tanta materiæ purulentæ copia proveniet, quæ totum thoracis dimidii cavum implere possit: quæ, si cum antecedentibus conferantur, haud obscure docent, quod etiam rejeccio illa materiæ purulentæ per tussim, sub empymate a veteribus notata non aliter sit intelligenda,

da, quam de nostro empyemate spurio, quod a lassione pulmonum ulceratorio - apostematica antecedente ortum cepit: adducta enim circa hoc phænomenon a veteribus ratio, quod nempe portio materiæ purulentæ per substantiam pulmonum spongiosam, ad bronchia penetrat, & ex hac puris ad bronchia transmissione sputum purulentum oriatur, haud quadrat, aut negotium modumque fiendi explicare potest, cum notissimum sit, tunicam pulmonum ne aerem quidem, multo minus talem materiam crassam, citra lassionem continui transmittere: neque valet restrictio veterum, quod aliquando excretio sputi purulenti non sequatur, ob materiæ purulentæ crassitatem, transmissionem materiæ purulentæ suppositam impudentem: crassities enim huius materiæ licet comparative maior aut minor esse possit, tanta tamen semper est, ut sui transmissionem per tunicæ substantiam non concedat: unde reclusus assertur; quod ubicunque talis materiæ purulentæ reiectio, sub statu empyico concurrit atque praestō est, ipsa primaria lassio non nisi in pulmonum substantia sedem habeat, & ipsum empyema a perforata pulmonum tunica ortum duxerit; postquam ulceratio illa prægressa est.

§. VI.

*Subiectum
generale.*

Subiecta si inquiramus, ratione individuorum huic affectui obnoxiorum, ea potissimum tanquam talia declaranda sunt, quæ statu plethorico gaudent, & ex commotionibus sanguinis orgasticis, congestionibus ipsius ad pectus intuitu ætatis præ reliquis subiiciuntur, quo nomine ætatis juvenilis, vegetaque virilis personæ, facilius hunc affectum experientur, præsertim si causis occasionalibus videntur, quales sunt ingurgitationes potuum spirituorum, ex aestuationes corporis, cum subsequentibus repentinis perfrigerationibus, aut violentæ

lentæ quoque pectoris læsiones, per contusiones, casus, aliaque, a quibus ultimis nemo facile sine respectu ætatis immunis declarari potest. Subiectum morbi autem speciale quod atinet, diversum illud erit, prout consideratio diverso instituitur modo: si enim ad Empyema ita dicunt, i.e. collectam materię extravasatę portionem striato sensu respiciamus, priarium subiectum constituit interna thoracis cavitas, cum illis partib⁹, quæ proxime huc spectant; unde Pleura & Diaphragma primario, hic patiuntur, dum hoc molis pondere gravatum officio suo, debite non fungitur illa autem ab acrimonia materię, facilime unitatis læsioni subicitur, eroditur & a partibus proxime adiacentibus separatur. Si autem ad primam ulceroso-apostematicam corruptionem & læsionem revertamur, & huius intuitu subiectum morbi declarare velimus, necessario hunc titulum inercentur pulmones quoad totam sui substantiam: dum prima humorum flasis intra illam contingens, corruptioni ulceroso-apostematicæ subicitur, & hic loci hærens, membranas, æque ac vafa & bronchia pulmonum aggreditur in illis cavitatem format, exteriorem membranam cingentem, tam molis gravitate, quam acrimonia perforat, & ordinarie hoc modo tam fursum quam deorsum progrediendo, utramque sibi viam egressus ex pulmonibus parit.

§. VII.

Symptomatum syndromen, hunc nostrum affectum concomitantium si quis inquirere vellet, ei omnium primo in sensu incurret respiratio difficultis & anxia, ita ut ægri toto pectore, summoque quasi conatu spirantium trahere cogantur; id quod ex una parte dependet a pondere materię diaphragma prementis, eiusque motum liberum impedientis; partim a defedū Organī respirationis primarii & maximi, dum substantia pul-

*Symptoma-
tum.
Respiratio
difficilis.*

mona-

B 2

monalis læsa aerem inspiratum includere nequit, & successu temporis a materia inclusa pedentem depascitur; & in materiam apostematico-ulcerosam convertitur, ita ut sepiissime defuncti ægri, si cultro anatomico subiiciantur, in alterutro aperti thoracis latere, nil nisi fluorem materiæ corruptæ, fluxilis, cruentæ, & vix supremas pulmonis extremitates residuas offerant. Alterum symptomatum est febris, continue ægrorum afficiens, & ordinarie circa vesperam magis exacerbata, de qua Practici referunt, quod interdum putridæ, interdum hæticæ indolis esse soleat: ubi tamen vero simile videtur, quod ea, quam putridam vocant, & ex symptomatum indole acuta esse debet, ad verum Empyema pertinet, hætica autem huic nostro spurio empymati competit, quippe quæ ordinarie omnibus lelionibus ulceratorius viscerum nobiliorum familiaris observatur, dum ipsa natura motu illo febribi leniori sed continuante, abstersionem quasi ulceris pro viribus ad minimum intendit, licet finis propositus haud omni ex parte obtineatur.

Partium visceralium mutationes. Aliquando præsente empymate spurio, maternæ evasatae moles tanta colligitur, ut non modo partes

Costarum levatio. internas vicinas e suo derrudat situ & loco, sed costas etiam affecti lateris adeo expandat, ut sanum latus depresso, ægrum vero multum elevatum adpareat; sub quo statu tanto gravior fit respirationi difficultas, quoniam una ex parte musculi intercostales, & diaphragma propter nimiam expansionem officio suo motorio privantur, ex altera lateris oppositi pulmo universo respirationis negotio, & hinc pendenti circulatorio sanguinis motui haud sufficit, & præterea a pondere materia versus costas comprimitur, ut non nisi multo gravillimoque labore sub respiratione expandi queat.

Sudores multi & colligativi. Hic accedit sudor multus ac copiosus anxius, ut guttis per-

permagnis faciem & corpus perfundat, cum sub laborio-
sa illa respiratione, & coniuncta febre, sanguis & lym-
pha in serum resolvatur, & sub hac resolutione & pro-
fusione fibræ cutanæ simul relaxatae poros magis pa-
tulos efficiant, ita ut tandem sudores quoque glutinosi
lymphales, colliquatoriis succedant: Nec potest non sub
hoc rerum statu abesse maxima virium prostratio & de-
bilitas, cum partes laudabiles nutritiae lymphales sub il-
lis sudoribus non modo excrentur, & una cum ex-
crementiis eliminantur: sed Appetitus quoque deie-
cio coniuncta, earundem restitutionem non concedat: *Appetitus*
deiecio.
Sominus ordinarie est valde paucus & inquietus, simul-
que anxius, quoniam difficilis & laboriosa respiratio, *Somnus tur-*
frequenter suffocationis metum incutit, somnumque tur-
bat: unde neque insolitus est, quod hi ægroti inter-*bulentus.*
dum mentis aliquali turbationi subiiciantur. *Mentis a-*
llevationes.

§. VIII.

Tussis præsto est continua, a continua diaphrag- *Tussis.*
matis pressione, & bronchiorum pulmonalium con-
iuncta repletione, a materia ulceroso-apostematica in-
tra substantiam pulmonum adhuc hærente, suique ex-
cussionem urgente. Unde non minus sequitur materiae *Sputum pu-*
purulenta & ulcerosa per tussim reiectio; quæ tamen *rulentum,*
parciors aut copiosior esse potest ac solet, prout ulce-
rosa corruptio, maiores minores bronchiorum pul-
monalium ramos corripit, atque per illos protrudi pot-
est, aut pauca multave adhuc materia in pulmone hæ-
ret, vel ab illo capi potest; unde etiam circa morbi vi-
tae finem absunta penitus pulmonum substantia, &
omni iunc materia effusa, deficientibus excretionis viis,
reiectio hæc cessat, aut parcius succedit, ipsamque suf-
focationem citiorempotse trahere solet. Conquerun-
tur non minus ægri sèpius de doloribus singulariter ar-*Dolores ar-*
denti-*dentes.*

dentibus & rodentibus in interioribus pectoris, vel quoad totum latus affectum, vel quoad certam ipsius partem; id quod causam agnoscere solet suam in erosione ipsius pleuræ, & in conspectum venit, quando post mortem sub sectione cadaverum vel pleuram universam, vel quoad partes, in iisdem locis exesam, costasq; ab illa denudatas & erosas conspicimus, in quibus sub vita de illa doloris specie conquesti fuerant: ubi tamen monendum est, hosce dolores non statim ab initio adesse, sed ut plurimum sub diurniore morbi duratione accedere, quando per temporis moram materia effusa non solum quantitate aucta existit, sed qualitate acrior facta fuit; quam etiam, aperto post mortem thorace, haud raro virore contracto, & vi caustica, qua instrumenta anatomica, imo manus secantium in externa cute aggressi solet, videmus. Quemadmodum sub sudore partes lymphatica modo superius citato excernuntur, atq; hoc ipso corporis nutrimentum dispendium patitur, ita non minus contingit, ut sub alvina excretione partim chyloſe, partim lymphaticæ partes foras eliminentur, & eiusmodi diarhœæ ab effectu quem cum supra citatis sudoribus communem habent, colliquatiæ dicantur. Hæc omnia comitem habent inseparabilem totius corporis tabidam consumptionem: cum enim variis modis nutrimenti adpositio & distributio impediatur, imo ipsa materia nutritionis vel eliminetur vel non assumentur, haud mirum est, partes fluidas imminui, solidasque exarescere, & collabi. Pedum tumores qui succedunt sub diurniore affectus duratione, symptoma constituant ordinarie concurrens, quamvis ab ipso empymate qua tali haud proficiscatur: cum vero ipsa ulcerosa apostematica pulmonum & Pleuræ corruptione procul dubio vasa quoque lymphatica corrodantur, & inde Lympha circulum suum debito ordine celebrare ne-

*Diarrhoeæ
colliquatiæ.*

*Corporis
consumptio
tabida.*

*Tumores
œdematosi.*

nequeat, nec non sub reliquis totius morbi circumstan-
tiis sanguis consumatur, & particulis laudabilibus, sul-
phureis, orbatus, solidis partibus tonicum robur largiri
nequeat, haud difficulter ratio inveniri poterit, cur se-
roso lymphalis substantia in partibus inferioribus sta-
gnet, tumoremque oedematosum efficiat: An & quo-
unque Riverii obseratio firma & certa sit; quod nempe
in latere thoracis affecto tumor oedematosus, cutisque
inflatio in omni empyemate adsit; signumque fidum præ-
sentis collectionis materiae purulentæ in eodem latere
constitutus, a propria observatione & experientia deci-
dere non licet, unde sufficiat ipsius allegatio: pro ulto-
riore observatione: quanvis enim Excellentiss. Dn. Præ-
ses fateatur, se ipsum in Empyemate spurio lateris affecti
maiorem intumescientiam & inflationem observasse, hoc
tamen neque perpetuae observationis esse asserit, neque
pro signo tali infallibili explicari posse putat, cum infla-
tio illa non aequa a puris præsentia in thorace, verum
ab aliis quoque caulis occasionalibus atque externis, aut
individualibus ortum capere possit. Tandem Scripto-
res mentionem iniiciunt Pustularum in pectori orienti-
um ab acriore puris parte ad extremam usque cutim pe-
netrante: de quo symptomate facile quilibet rerum gna-
rus iudicare poterit, quod, si aliquando accedit, a diuturna
affectus duratione procedat, ideoque non Empyema-
ti vero, tanquam affectui acuto, sed potius nostro spu-
rio, ut morbo magis chronicō, competere, atque ab in-
sufficiente ferisequestratione tunc temporis contingente,
dependere; nec pustulas illas a præsentia puris acrior-
is derivari posse: quod autem aliquando materia ulce-
roso - purulenta ad cutim usque extremam, a pectoris
cavo penetrare possit, ibique non pustulas, sed tumorem
formare queat, supra citatus Dn. Præses a propria ob-
serva-

*Pustularum
proventus
in pectori.*

servatione confirmat: cuius observationes aliquot curiosas, cum historiæ morbi hactenus prolatæ illustrandæ maxime inserviant, ex' ipsius communicatione subiungo.

§. IX.

*Observatio
1.*

Studioſus quidam in academiā vivens, erroribus diæteticis, & ebrietati valde deditus, frequenter crapula succumbens, hanc eſu halecī muriaticea dispellere in uſu habebat, quapropter ex consuetudine admodum ſepe poſt medianam noctem duas tresve haleces comedebat. Hic cum ebrius noctu domum reverteret; lapsu patitur, ſupra lapide acutum maiorem poſticam thoraci partem offendens. Elapſis aliquot septimanis dolores in pectore quidem ſentiebat, cum aliquo respirationis impedimento, & tufſi primum ſicca, nil tam en curans crapulae, & ingurgitationi potuum ſpirituoforum, quotidie vacabat, priftinamque viræ conditio nem continuabat: unde poſt aliquot septimanas tufſis humida ſuccedebat, cum ſatis multæ materia excretione, qua pulmonis laſionem factam arguebat. Increbſcebat tandem ſymptomata laſitudinis, apperitus prostrati, contabefcentia, & febrilium commotionum; ſub quibus respiratio indies non modo brevior & diſſilior evadebat, ſed thoraci latus ſinistrum extraordi nē attollebatur, ut notabilem p̄ altero eminentiam formaret, & ipfe æger ob virium defectum ad decumbendum cogeretur. Medicus accerſitus partim febrili bus iuſtibus, qui continuitate moleſſi erant, obviā ibat, partim expectorantibus materia faciliorem reiectionem tentabat, aſt ſine levamine ægri, quamvis per menſem cura dicto modo tractaretur. In conſilium tandem vocatus Dn. Præſes, ægrum facie hippocratica de cumbentem deprehendebat, ſub respiratione admodum

an-

anxia, calore hæstico, & sudore copioso, qui guttis pisi magnitudine semper in facie hærebat, & sputi alias solennis suppressione, cum singulari symptomate, quod pulsus cordis nequaquam in latere sinistro, sed sub mamilla dextra sentiatur: cuius phænomeni rationem quærenti æger, simulque affirmanti, hanc pulsus mutationem a quindecim elapsis proximis diebus sece obtulisse, Dn. Præses responsum dedit, probabiliter satis hanc mutationem a pondere & mole vel materiae ulcerose effusæ, vel seirrhosæ forsitan pulmonis constitutionis dependere; (cum sputi excretio suppressa esset, nec æger ob materiae effusæ copiam, fluctuationem ipsius sentiret) Elapsis tandem octo circiter diebus, sub defecatu respirationis exspirabat animam æger, & corpus relictum scrutamini anatomico subiiciebatur: quo denudato, thorax plane inæqualis apparebat, ita ut dextrum præ sinistro, latus depresso esset, sinistrum autem magis arcuatum & elevatum sece sisteret. Abdomine aperto, hiujus cavitatis viscera potissimum partem sana deprehendebantur, præter quod Hepar extraordinaria magnitudine magnum quoque per transversum abdominis occuparet spatiū; Glandulæ mesenterii ultra solitum magnæ, & partim induratae, vasaque Ventriculi & Intestinorum sanguifera sanguine ruberrimo turgida & plena conspicerentur. Thorax dissecatus in dextro latere pulmonem continebat ex omni parte cum pleura cohærentem, de reliquo satis adhuc integrum, & Cor præter ordinem naturalē in hoc latus detrusum atque inversum: remoto penitus sterno, in opposito latere sinistro, nec pulmo, nec parenchymatis pulmonalis ullum vestigium reperiebatur; sed loco ipsius tota illa cavitas materia ulceroso-purulenta iæpleta erat; qua mole sua maius spatiū quærens, diaphragma in regione postica ita expanderat,

C

ut

ut inter renem sinistrum & musculum Psoas pondere suo spatium sibi paraverit; & aliquot cochlearia ipsius ad superiora iterum protrudi potuerint. In Pericardio aper-
to Liquoris slavecentis fere unciae sex reperiebantur,
tantæ acrimonæ, ut cor circa suam basin arroderet, &
tunica propria illud denudasset. In cordis ipsius ventri-
culo dextro Polypus sat magnus sedem sibi formaverat,
aliquot ramificationibus maioribus per arteriam pulmo-
nalem distributus, unica faltem minore cavam occu-
pans.

*Observatio
II.*

§. X.

Alius Iuvenis generofus annorum circiter 22. habi-
tus melancholico sanguinei, qui spiritus viri potui, ali-
isque erroribus diæteticis satis largiter indulserat, nec
non ab aliquo notabili tempore exanthematibus cutis
obnoxius fuerat; ad quorum debellationem consilio
Chirurgi cuiusdam usus, exteris remedii curatus fue-
rat; sentiebat pectoris oppressionem, & respirationem
difficilem anhelitusam, indies aliquot septimanarum
spatio increbescentem; quam tamen nihil aut parum
curabat, donec sub regimini vita illegitimi continua-
tione, hyberno tempore, dolores lateris finisti i puncto-
rii, & lancinatorii, ad scapulam tendentes, cum bre-
viore respiratione accederent, de quibus tamen æger in-
terrogatus asseverabat, se illos non æque in interioribus
thoracis, sed quantum dijudicare posset, sub musculis,
a supra, ad infimam usque costarum regionem exten-
sos, sentire, eosque magis lancinatorios, quam puncto-
rios esse declarabat; a quibus thoracem quasi con-
stringidicebat; ut Dn. præses accersitus illum in maxima
respirationis angustia, cum abdominis inflatione quasi
tympanitica, & ructibus aliquatenus ægrum levantibus,
deprehenderet: quapropter, cum alvi obstatio simul

ur-

urgeret, partim enemate leniente & carminativo, partim lenissimo laxante alvus officii sui admonebatur, quo facto levamen aliquod æger sentiebat. Altero die, cum tussis accederet cum aliquali sputo, non tamen cruento, & dolores continuarent, cura tan^a internis diapnoicis, resolventibus, expectorantibus, quam externis discutientibus continuabatur. Tertio die æger dolorem in pectori eiusque latere remissorem quidem sed tanto graviorem circa homoplatum, & in brachio sinistro sentiebat, quem sub assumptione potus, aliquoties vomitus sequebatur; qui tamen post adhibita remedia remittebat. Die sequente dolor in pectori, (cuius speciem tamen æger exprimere haud valebat) ingravesceret, sed fomentatione calida, internisque remediis iterum mitior reddebat; nec febris notabiliter sese manifestabat, præter quod oris siccitas molesta esset: sub his circumstantiis totum negotium succedebat, donec nono a decubitu die aliqualis purpura circa faciem & pectus accederet, quam sequente die maiores atque notabiles febries mutationes excipiebant: unde lenis diapnoë, eaque continua suadebatur, sed propter inquietudinem anxiam, ab ægro varie impeditabatur. Sub his omnibus symptomatibus, ad decimum quartum diem durantibus, anxia respiratio valde augebatur, nec ægro decubitum, nisi supra latus sinistrum concedebat, cuius decubitus rationem tamen specialem reddere non valebat. Die decimo quinto post paucum turbatum quæ somnum mane visitatus æger valde debilis apparebat, mentis tamen compos, & Urina sicut hactenus, ita & nunc sedimentum deponebat sufficiens, nec purpura excretio, vel in defectu, vel in excessu erat mutata. Circa meridiem autem huius diei, cum electo surgere vellat patiens, repentina corripiebatur lipothymia, cum tan-

tanta intra pauca momenta subseguente mutatione totali, ut non modo mortis indicia, sed mors ipsa, intra horæ quadrantem sequeretur.

§. XI.

Apertum post mortem cadaver sequentia notanda obtulit. In abdomen viscera conspiciebantur sana, præter quod hepar molem quadantemus maiorem haberet, atque hinc inde aliquot maculas albidas monstraret, intestina vero flatibus valde extensa essent; & diaphragma in latere sinistro versus ventriculum & lie nem, instar vesica repleta depresso, ac pendens ad pareret. Thoracis latus sinistrum præ dextro apparet elevatum & quasi tumidum, & sub dissecione integumentorum communium, aliquot cochlearia feri flavescentis effluebant. Reimotis a sterno musculis intra costam secundam & tertiam, haud procul a sterno distensio aderat musculorum intercostalium, & pleura protuberans tumorem ovi columbini magnitudine formabat. Quamprimum sternum removeretur, in dextro thoracis latere Pulmo admodum erat flaccidus, & cum pleura, & diaphragmate concretus: in sinistro autem de pulmonis substantia nihil præter infimi lobi portionem longitudine dimidium, latitudine vero tres circiter digitos transversos æquante, erat residuum; & loco parenchymatis pulmonalis, cuius de reliquo ne minimum quidem vestigium conspiciebatur, tota cavitas materia ulcroso-purulenta foetidissima repleta erat decim aut duodecima ad minimum libras civiles pendens, cuius acrimonia tanta erat, ut tota in hoc latere contenta pleura erosa, nec non musculi intercostales omnes, partim penitus perforati, partim arrosi essent. Nec Diaphragma ab hac læsionis specie immune deprehendebatur, verum in sex distinctis locis ita per totam substan-

substantiam erosum, ut sola membrana inferior restaret iustaque coniectura & suspicio adesset, quod paucis diebus, si vita durasset; materia suppurata diaphragmatis omnimodam perforationem, cum sui effusione in abdomen produxisset.

§. XII.

Tertia observatio sistit Murarium, annorum 34. qui an. 1719. tempore æstivo calidore, partim frequenter atque repente ira commotus fuerat, partim laboribus corpus vehementissime exæstuaverat; & ex nimia parsimonia, pro fitisenda frigidissimam aquam copiose ingurgitaverat, incipiente proximo autumno febris corripitur acuta catarrhalis, quam tamen sine medicamentis aliquot septimanarum spatio superaverat, ut iterum in publicum prodire posset. Haud procul ab illo tempore, sub incendio domus polentiaræ opena ferens corpus de novo partim valde exæstuabat, partim repente refrigerabat, ita ut varias inde sentiret alteraciones. Cūca medium Novembribus defuncti cadaver cum aliis sodalibus ad sepulturam deportans, sensum molestum, quasi subluxationem passus esset, (alsj wann Er sich verhoben hätte,) percepit; quo facto de respiratione breviore & lateris dextri aliquali intumescencia conquerebatur; accedebat calor febrilis hecticus, cum successiva corporis tabescencia viriumque languore. Dolores pectoris in latere dextro sensibiliter augebantur, & tandem æger lectum tenere cogebatur, præcipue cum tussis accedens urgeret, ad cuius remotionem variis utebatur remedii partim don esticis atque euporiftis, partim etiam a medicis ipsis propinatis, a quibus tamen nullum sentiebat levamen. Tandem mense Ianuario 1720. consilium quoque implorabat Dn. Präsidis, qui ipsi Infusum pectorale sub forma Thee sumendum ordinabat, quo usur-

usurpatō dīe 26. Ianuarii repente sputum ulceroso-purulentum, sub tussi perpetua succedebat, ita ut æger intra triduum aliquot mēruras ipsius reūiceret, & se paululum levatum putaret: accedebat circa 28. Ian. Diarrhoea fortis & vires colliquans; & sputum purulentum notabiliter quantitate minuebat, quo factō æger maiorem fentiebat anxietatem, & quamvis expectorantium usus continuaretur, nec non somnus paulo magis quietus proxima nocte sequeretur, nihilominus excretio per sputum penitus cessabat. Sub omnibus his circumstantiis ab aliquot diebus sub dextro brachio versus homoplatam tumor oriebatur, qui index a tussi continua maius capiebat incrementum, sine duritie, dolore, aut inflammatione, ut tandem sub apice homoplatæ terminum haberet, & sub tactu materiam purulentam inclusam esse haud difficulter testaretur; cutim a musculis substratis distendentem & solventem: tussis manebat continua sine omni excretione, & cum incremento dicti tumoris, æque ac anxietatis, & difficillimæ respirationis; donec ultimo Ianuarii æger suffocatus exspiraret.

§. XIII.

Cultro anatomico post mortem subiiciebatur cadaver, in quo sequentia notatu Digna sunt observata. Corpore in universum valde extenuato & tabido, abdomen a ventriculo & intestinis flatulentia extensis, valde erat tumidum atque inflatum, atque sub apertura Omentum plane abfumatum, intestina livido colore tincta, & glandulas mesentericas sat magnas, durasque offerebat. Separatus in latere dextro Musculus pectoralis circa sui finem cavitatem detegebat magnam, abhinc sub homoplatam excurrentem, & simul supra citatum tumorem formantem, quæ duas ad minimum libras civiles materiae suppurratæ includebat, a cuius collectione reli-

quæ

quæ partes musculosæ & cutaneæ adeo erant ab invicem separatae atque solutæ, ut homoplata libere quasi in cavitate hæreret, & in extremitate sua carie exesa esset. Remoto sterno dextra thoracis cavitas repleta erat materia suppurrata, quatuor mensurarum quantitate, evanescente omni vestigio parenchymatis aut substantiæ pulmonum, excepta levissima portione, quæ costarum primæ & secundæ firmissime adhærebat. Evacuata e pectore materia, membrana Pleura variis in locis penitus exesa erat, costæque non modo denudatae sed arrose & cariosæ adparebant; ab acrimonia materiæ collectæ hunc effectum producente. Nec deficiebat nunc cognitio viarum, per quas materia suppurrata ad musculos externos, cutimque devenerat; acris enim materia viam sibi paraverat in intersticiis costarum, quintæ & sextæ, nec non sextæ & septimæ, duobus foraminibus maiusculum pismum aequantibus, quæ obliquo ductu sub homoplata transibant, styloque immisso liberum ad antedictam cavitatem tranfitum concedebant. Cor ipsum, quod flaccidum erat, coloreque pallidum, nec in ventriculis ac vasis adhærentibus sanguinis guttulam continebat, pericardio quidem inclusum reperiatur, sed undique adeo cum ipso cohærebat, ut Pericardium a corde non absque vi separari posset, unde neque guttula Liquoris pericardii locum hic habere poterat. Thalami cordis loco sanguinis continebant substantiam polyposam fibroso-carneam, pollicis crassitie, radicibus suis inter singulas cordis columnas adhærentem, quarum sinistrum thalamum occupans in Venam pulmonalem ad ulnæ dimidiæ longitudinem excurrebat, ea autem quæ e dextro proveniebat thalamo, partim in Venam cavam, partim in arteriam pulmonalem, ad tres ulnæ quadrantes exporrigerabatur.

§. XIV.

Cause proxima.

Devolutus nunc ad causarum enucleationem, proximam Empyematis spurii causam aliam declarare nequeo, quam ulcerolo-apostematicam corruptionem Pulmonis: hæc enim, quando fixam sedem formavit, pulmonis substantiam totam totam successive depascit & in materiam modo dictam convertit, quæ tamdiu intra pulmonem inclusa hæret, donec exteriorem pulmonum membranam corripiat, eamque perrumpat, ut materia saniosa purulenta successu dierum generata, & parenchyma colliquans, successive in thoracis cavitatem stillare, eamque replere possit: e quibus patet, effusionem illam materiae generatae non esse repentinam, & unica vice simultaneam, sed potius successivam & continuatam; id quod probat atque commononstrat ex una parte diurna illa affectus duratio, sub qua per gradus increbescit, & ad fastigium perducitur summum; quo ipso maxime & manifeste differt ab Empyemate vero, quod a materia purulenta simul & semel effusa cito nascitur, & brevi temporis spatio ægros summo exponit vita periculo; ex altera autem parte idem comprobatur ipsa pulmonis totalis consumtio post mortem reperta; quisquis enim indolem partium membranarum & vasculosarum cognitam habet, is sane mente sibi non concipiet, talem corruptionem paucis diebus absolvi posse, sed multum temporis pro illa absolvenda requiri: unde merito colligimus, primam quidem materiae suppuratione effusionem, postquam in cavitate formata per notabile tempus hæserat, repentinam esse, sed non omnem illam in thorace repartam materiam simul & semel effundi, cum alias suffocatio etiam repentina foret, & necessario velamenta pulmonis membranacea, quæ hæc tenus materiam evasatam continuerant, post mortem conspici possent.

possent, quod tamen utrumque haud obtinet. Quod autem hanc corruptionem neq; simpliciter apostematicam, neque simpliciter ulcerosam sed ulceroso-apostematicam declarem, hæc est ratio, quoniam hæc corruptio neq; tam cito progreditur, quam verus pulmonum abscessus ab inflammatione acuta ortus, neq; tam lento procedit gradu, quam veræ & simplices ulcerationes, si easdem corripiant partes, cuius rei testimonium nobis perhibet phthisis per multos annos durans, quippe cuius formalitas magis in vera ulceratione consistit: neque ipsa materia collecta pro pure saniosa ulcerosa tenui declarari potest; sed spissioris existit consistentia, tantam autem consistentiam non habet, qualis laudabilis puris esse solet ac debet, sed ex omni parte mediæ quasi indolis existit.

§. XV.

Materiale causam, & quidem proximiorem constituit sanguis, æque ac serum in pulmonum substantia reperiendum: sanguis enim propter particulas lymphaticas gelatinosas, & sulphureas agiles, dispositionem habet, ut incarcerated grumescat, & calore fomentatus vel putrefaciat, vel apostematicæ corruptioni subiiciatur: serum autem ex sua indole mucida salina, qua pollet, corruptioni falsæ subiectum, partium non modo solidarum ulcerationes fovet, atque producit, sed particularum sulphurearum in sanguine hærentium alteratione, corruptionem apostematicam sanguinis, pro gradu diversæ admixtionis infringit, aliamque corruptionis speciem inducit; motum intestinum lentiorem in materia incarcerated producendo, quam in sanguine puriore sibi reliquo ortus fuisset: qui tamen lentior intestini motus gradus in nostro casu celerior adhuc est, quia in sola serosa stasi, aut paucis sanguine remixa; unde hæc corruptio magis inclinat ad apostematicam, quam ad ulcerosam, ulcerosam tamen coniunctam habet, ideoque materiam producit, inter præs laudabile & saniem ulcerosam me-

*Causa mate-
rialis.*

D

dix



Causa antecedens proxima.

dæ quasi indolis existentem. Proxime antecedens huius corruptionis causa est stasis humorum sanguineo-seroforum in aliqua pulmonis particula oborta, quamdiu enim humores singuli quo ad omnes moleculas in motu progressivo constituti sunt, tamdiu corruptioni non facile subiiciuntur; quoniam ipso motu progressivo a coagulatione præservantur, & sub transitu per partes porosas & tubulosas particulas quoque heterogenæ amittunt, a quibus alias dispositionem maiorem ad faciliorum corruptionem acciperent: quamprimum autem extramotu localem sunt positi, & quieti subiiciuntur, non modo particulas impuras corruptioni faventes non depont, sed a calore accidente motu intestino subtiliter fermentatorio commoventur, ut particulae constitutivæ non modo & nexus disturbentur, sed simul alienam subeant texturam, situm, & indolem, prout nempe humor alteriter mixturam staseos ingreditur, aut antecedentes remotiores causæ maiorem iam humoribus contraxerunt impuritatem.

§. XVI.

Causa antecedens remotor.

Si ad causas antecedentes remotiores, quæ proactaricta vocari solent, respiciamus, facile apparebit, quod prægressa seri sali in humoribus generatio hic multum conferre possit: cum enim serum fassum omnium ulcerationum in corpore orientium primaria & principalis causa existat, nemo non facile videbit; quod in pulmonibus quoque a sanguinis purioris præsentia ulcerosus effectus nasci nequeat, sed ex hoc effectus potius apostematico-suppuratorius originem trahere debeat: quandocunque itaque seri talis sali acris copiosa præsentia præsto est, facilior longe proventus existit eiusmodi ad ulcerosam indolem accendentis corruptionis: five illa sanguinis dispositio ab admixtione seri sali magis universalis sit in toto corpore, five particularis in ipsis pulmonibus, & causis occasionalibus in sequentibus mox pro-

proponendis ortum ducens. Quarum primam facile producere poterit, Dieta salsa excedens, ratione ciborum valde salitorum, a quibus utique copiosa in sanguine particulae saline oriuntur & colliguntur: sicut altera facilius ortum caput a generatarum talium impuritatum impedita secretione & excretione, earumque particuliari in pulmonibus collectione & incarceratione.

§. XVII.

Occasionalis tandem huius corruptionis ulceroso-
apostematicæ causæ diversæ esse possunt ac variae: & qui-
dem primario tales, quæ sanguinis ad pulmones copioso
accesu prægresso, iplus incarcerationem & stasis in pul-
monibus promovere & simul serofarum partium secessi-
onem impedire valent. Hoc intuitu hanc causarum clas-
sem subeunt repentinae refrigerationes corporis, tam inter-
næ, quam externæ, prægressam corporis & sanguinis
exæstuationem excipientes: quarum illæ sunt potuum
frigidorum sub astu corporis ingurgitationes, totum sa-
pe corpus, speciatim autem internas partes frigoris sensu
perfundentes, haec autem totius corporis perfrigerationes,
per admissionem aeris frigidi, qui sape ab incautis denu-
dato quasi corpore admittitur. Sub tali enim refrige-
ratione sanguis & reliqui humores a peripheria, sub hu-
iis strictræ ad interiores coguntur partes, ibique tanto
facilius restagnare possunt, quæ restagnatio tanto prom-
tius in actualem stasis transit, si refrigerium per potus fri-
gidos accedit, & in interioribus coagulationem sanguini-
nis causatur. Alia vice Potus spirituosi eorumque ingur-
gitatio causam sippeditant occasionalem huic affectui:
dum sanguinem orgastice commovendo ansam præbent
eiusdem copioso impulsu in vasa pulmonalia, a quo tan-
to facilius infarcitus & stales ortum capere possunt; si
forsitan motus pulmonum exagitatorius peculiaris acce-
dat per cantationes, vociferationes, instrumentorum
musicorum statu dirigendorum, usum; quo pulmonum,

substantia varie debilitatur, ut ingressui sanguinis violen-
tiori cedat, atque infarctum & stasis concedat, quam cor-
ruptio deinde sequitur. Nec minus externæ violentiæ ad
hanc causarum classem aliquando referri merentur, quan-
do vel a concussione pectoris stasis sanguinea excitatur
vel ab ita dicta subluxatione, von Verheben und Wehe-
thun, idem effectus provocatur: ubi tamen probabilem
suspicionem foveo, quod respectu pulmonum subluxatio
ita dicta haud facile hunc effectum producere valeat, nisi
forsitan, (quod frequentius contingit) pulmones cum
pleura cohæreant, & ita violentiam patientur. Nec
minus satis frequenter occasionalem causam suppeditat
præpostera Hæmoptyeos cura, per fortiora adstringen-
tia impetrata; quando ab illorum usi improviso portio
aliqua sanguinis extravasari in pulmonibus incareratur,
& primo corruptioni subiicitur, deinde reliquas partes
secum in corruptionem trahens: cuius rei exempla, nisi
odiosa essent, in testimonium allegari possent.

§. XVIII.

Prognosis.

Prognosis si formari debet de præsenti affectu, faci-
le quilibet ex iis quæ hactenus dicta sunt, colligere poter-
it, affectum esse gravissimi periculi plenum, imo si verum
dicere fas est, plane incurabilem: nemo enim non videt,
substantiam pulmonum semel ita corruptam non posse
renasci, nec ullum remedium dari, quo applicato vel mun-
dificatio partis læsæ, vel matetiæ evasatae legitima & suffi-
cientis, præsertim tempestiva evacuatio; longe minus au-
tem pulmonis consolidatio obtineri valer; sed huc ea po-
tissimum quadrare, quæ Excell. Dn. Præses De causis in-
curabilitatis Phthiseos adduxit, in Programmate inau-
gurali Dissertationis De Infirmitate Phthiseos in sexu
sequiore: & de hoc spurio Empyemate veram esse illam
nominis explicationem ex Aretæo allatam, quod cum
Phthisi coincidat. Specialiter magis de hoc Empyema-
te spurio valent signa illa prognostica, communiter a

Præ-

Praetoris ad verum Empyema, sed falso translata; quando dicunt: Moriuntur, quibus alvus humida est, & qui pus viride lividumque spuunt, vel mucidum spumidumque. it. ex Galeno: Empyici, quibus ob magnam puris copiam totus thorax in respiratione attollitur; celerrime suffocantur: & porro: Empyema si 40. dierum spatio per sputum non repurgetur in tabem degenerat, quæ mortem accersit, it. Suppuratio' quæ utramque thoracis partem occupat, periculosior est, quam quæ unicam. Empyici melius habentes, & qui fere expurgati videntur, si sputum foetidum excernant, cum recidiva pereunt. Hæc omnia enim de empyemate vero, a vera Pleuritide orto, nequam dici aut affirmari possunt: notum enim est de illo, quod excretio puris per sputum sub illo non contingat, sed propterea ipsum empyema adeo periculosum existat, quod materia effusa per tuissim reiici nequeat: nec tantam in empyemate vero, a ruptura parvi abscessus orto adesse posse materiæ effusæ copiam, ut propter illam totus in respiratione attollatur thorax: ut taceam, verum empyema acutæ indolis esse, paucisque diebus, nisi per Paracentesis cureretur, ægrum ingulare: hancque ob rationem vanam ac irritam fore spem, quod 40. dierum spatio per sputum repurgari & evacuari possit; nec verum Empyema, cum a tali prægressa inflammatione oriatur, hæc autem in alterutro saltē latere eveniat, utramque thoracis partem occupare, quod tamen ratione huius spurii etiam si æquarum sit, facilius contingere potest.

§. XIX.

Etiam si præsens effectus in superioribus pro incurabili sit declaratus, eo ipso tamen non dictum est, ægrum secundum omnes respectus penitus esse deserendum: quanvis enim affectus catenalnis nulla saepius ad sit spes auxilii, tamen respectu symptomatum aliqua ipsis ægris aliquando est ferenda opes. Inquirendum itaque est, an ex alterutro fontium medicorum huic affectui cum

*Curatoria
trattatio.*

D 3

fuu-

fructu auxilium sit quærendum: ideoque in mentem incidit primo fons chirurgicus, atque remedii genus ex illo de promendum, quod omnes ad unum in empyemate tanquam unicum suadent authores, nempe PARACENTESIS thoracis; de cuius operationis modo, & ordine hic loci prolixum esse non liber, cum nuperime sub Ex-cell. Dn. Præside sufficienter, occasione Empyematis descripti per tractatus fuerit, sed animus potius est quaestio-nem perpendere, an hæc operatio chirurgica cum fructu, & spe certa, in nostro præsente affectu, ad imitatio-nem empyematis veri, sit applicanda? Si itaque animo perpendantur cautelæ practicæ, circa Paracentesos ad-ministrationem observandæ, quarum principes sunt; I. operationem non protrahendam esse usque dum materia effusa, acrimonia maiore concepta, partes læsionis impatiensissimas arroserit, & vel diaphragma, vel pulmones, & vel pleuram in ulteriore sui ambitude novo læserit: II. Virium respectum esse habendum, ne operatio instituatur fractis iam viribus, & ægro cum lipothymis aut dis-pnœa conficitante: si porro perpendatur finis ab opera-tione expectandus, & sub illa propositus, ille potissimum con-sistit in conservatione & præservatione partium in thorace contentarum nobilium a læsione, ipsis a materiæ extravasatæ præsentia imminentे; cui accedit alter, in li-berioris respirationis restitutio-ne consistens, per omni-modam materiæ purulentæ emissionem, diaphragma a pondere gravante penitus liberantem: absque omni sa-ne labore quilibet rerum vere gnarus perspiciet; hanc o-perationem in nostro præsente affectu vanam esse, & ir-ritatim manere.

§. XX.

Quemadmodum enim verum empyema cito & re-pente oritur per simulacram puris effusionem, & sui præ-sentiam cito declarat; ita hoc empyema spurium ex op-posito successi-ve oritur per stillicidium quasi materiæ a pul-

pulmone lœso effluentis, nec prius veram sui præsentiam vere declarati; quam temporis mora partes thoracis sensibles tenerasque iamiam aggressum est, iisque novam induxit lœsionem. Id quod etiam contingit respectu vi-
rium, quæ tunc temporis a prægressa pulmonum lœsione ulceratoria, & consūptione tabida; non modo notabili-
ter, sed eximie sunt profratæ: unde cito ac satis tem-
porelta paracenteseos administratio, locum hic non in-
venit: sed dignoto vere affectu, nimis tarde semper applicatur. Nec finis ille supra nominatus in præsente casu obtineri potest, per conservationem & præser-
vationem partium nobiliorum thoracis, cum ipsa lœsio pul-
monis & quidem non simpliciter inflammatoria & sup-
puratoria, sed ulcerosa in dolis simul existens, effusio-
nem materiæ præcesserit, & quidem tam magna, ut ne-
que mundificatio, neque consolidatio amplius sit spe-
randia. Et quoniam materia illa acris, substantiam pul-
monalem erodens atque colliquans successive & tempo-
ris mora supra diaphragma & pleuram hærens, his in
partibus novam inducit lœsionem, antequam sui præ-
sentiam notabilem declaret, sola ipsius emissione per
vulnusculum infictum ægro, respectu respirationis, haud
satisfit, dum organa respirationis simul a lœsione indu-
cta liberari nequeunt. Hæc omnia inquam si probe
considerentur, satis manifeste declarant, neque necessi-
tatem, neque utilitatem, pro administratione Paracen-
teseos in præsenti casu militare. Et si enim aliquis ne-
cessitatem urgeat vellet, propter deficientem respirationem, & metuendam suffocationem, hic tamen fi-
nem suppositam aut propositum nequaquam obtinebit,
propter defectum organi respirationis primarii iam præ-
sentem, non enim sola libertas diaphragmatis liberam
efficit respirationem, sed necessario simul requiritur pul-
monis præsencia, atque integritas, quæ tamen utraque
in latere affecto, neque præsto est, neque restitui potest.
Unde

Unde male agitur ab illis, qui in hoc affectu, solius
quasi tentaminis gratia, sine sufficiente ratione, & pon-
deratione necessitatis & utilitatis, (quæ tamen semper
Medico regulam præscribere debent) hanc operatio-
nem vel suadent, vel suscipiunt, & facto tali tentamine
experiuntur, experimentum factum esse per mortes
aliorum, aliisque monstrant, seipso veras remedium
indications, & applicationes non intelligere, sed sub
Medicorum rationalium specie, experimentatores, & so-
los verosque empiricos esse.

§. XXI.

Quidquid de reliquo ex fonte pharmaceutico in
auxilium vocari potest, id respectu affectus primarii i-
psius parum quoque utilitatis habebit, sed partim insul-
tibus febrilibus, partim faciliori expectorationi ad
tempus conservandæ, accommodandum erit. Unde
intuitu prioris, pro calore febrili molesto moderando
& mitigando, tempore qualiscunque exacerbationis,
absorbentia, diapnoica, & leviter nitrofa, aut absorbentia
acido citri saturata, cum antimonio diaphoretico-remixta,
præcipue circa vesperam & noctem con-
ducunt, & ternis quaternisve horis repeti poterunt. De
die autem vel lenis Essentia pectoralis, cum Eff. Pim-
pinell. alb. vel etiam hæc sola, semel aut bis, ad gut-
tas 20. 25. l. 30. exhiberi potest: nec male actum erit,
si usus infusi in forma Thee interponatur, quod ex
Herb. Veronic. Hederæ Terrestr. Farfar. Scabios.
Liquiritia, Aniso, Erysimo componatur; & calide assu-
matur. Virium quoque respectus quantum fieri potest,
habeatur, id quod commodissime obtinetur ex fonte
diaretico, per oblationem ciborum eupeptorum &
nutrientium: cum vero appetitus maxime soleat esse
prostratus, nec concoctionis negotium sub præsentibus
circumstantiis probe succedat: male ipsis ægris
cosulitur per cibos solidiores, sed melius ipsis prospic-
citur,

estur, per iuscula ita dicta restaurantia, vulgo Krafft
Brühen, ex carne vitulina, caponum, pauca bubula,
amygdalata, pineolata; quæ succum nutritum bonum
facile distribuendum largiuntur. Sub his omnibus a-
nimis quietam continentiam, atque pathematum gra-
viorum, puæcipue iracundorum evitatem ipsiægris
cum necessaria patientia commendo; simulque cum
debita gratiarum actione erga NUMEN PROPI-
TIUM, pro concessis viribus, toti labori
impono

FINE M.

Sonnet.

 Er Kern der Wissenschaft erfordert Müh und Fleiß
Nicht ieder kan den Brunn astaliens ergründen
Wo wahre Weisheit quillt. Es kostet vielen
Schweiß,
Den eingeschränkten Weg zu dem Parnass zu finden.
Ein unverdrossner Geist acht' weder Schnee noch Eß
Er müht sich immerfort und bleibt nicht dahinden,
Zulegt erhält er auch des Phœbi Ehren-Preis,
Und Flora lähet ihm die schönsten Kränze würden,
Du hast Galchter Freund, geräume Zeit gesucht,
Durch wahre Wissenschaft Dich in die Höh zu schwingen,
Die Arbeit nicht gescheut den Müßiggang verflucht,
Dram lässt Apollo Dir den Hut der Ehren bringen.
Mit diesem eile fort! Budorgis kennt Dich schon,
Geh! hohle Dir daselbst den rechten Zugend-Lohn,

Hiermit gratuliret dem Herrn Doctorando
schuldigst

Daniel Gottfried von Nienberg,
Eques Silesius.

GIn reicher Lohn bezahlt die angewandte Müh.
GWenn ich Mein Werther Freund das in Er-
wegung zieh,
So seh' ich, dieses hat bey Dir auch eingetroffen,
Und Du hast den Gewinn vor Deinen Fleiß zu hoffen,
Den Dir Hygea zwar schon längst hat zugeschaut,
Indem sie täglich Dich liebreizend angelacht,
Wenn Du bisher gezeigt des wahren Fleisches Proben,
Die Dich mit allem Recht in Doctor-Stand erhoben.
In einen solchen Stand, der überall beliebt,
Wo sich Morbonens Gifft nur zu erkennen giebt.
Du trägst den Doctor-Hut das grösste Ehren Zeichen,
Was ein Gelehrter nur vom Phœbo kan erreichen,
Mit diesem zeich beglückt in Deine Vater-Stadt,
Die Dir noch mehrern Lohn schon vorbehalten hat,
Und gieb mit gutten Glück, dasselbst stets zu erkennen,
Du seyst in deiner Eur ein Practicus zu nennen.

Mit diesen wenigen Zeilen wollte seinen Vers
ihren Freunde gehorsamst gratuliren
Deszen aufrichtiger Diener,

Johann Jacob Umminger,

Urat Sil. J, U. C.

En! multum Medicus præstat Podalirius arte,
Corporis ac animi quem pia cura premit.
Omne tulit punctum, doctus dignoscere signa
Morbi, qua spurius, qua genuinus, habet.
BALCKIUS his celebris cathedram nunc scandit, ho-
nores
Adspirans, satis est, Hala, Licebit, ait,

Acci-

Accipe promeritos. Applando. Sorte fruaris
Haud spuria. Valeas. Prospera fata precor.

Hac gratulab.
Experientissimo Du. Candidato
I. m. q. d.

C. S. Liebentantz,
Ur. Sil. M. C.

GIn Haßt ist wohl vermahrt, das gute Balcken hat,
Die Boden liegen fest so starke Balcken tragen,
Es schüttert keiner nicht; man muß mit Wahrheit
sagen

Daß ein so fest Gebäu ziert eine ganze Stadt.

Denn wo der Grund nichts taugt, fällt bald das ober ein
Die Boden sincken gleich, so bald die Balcken brechen,
Es kan ein schwacher Balck ein ganz Gebäude schwächen,
Es bleibt! Ein Balcke muß des Hauses Stütze seyn.

Ein solcher Balck stellt sich den Pierinnen dar,
Der unser schwaches Haus durch seine Kunst will stützen,
Und für der Krankheit Gift uns mächtiglich beschützen.

Ein solcher starker Balck, wie dort Galenus war,
Der unsern Boden trägt, und unser Dach erhält,
Daß keine Riken sich an einem Orte zeigen,

Für den der Klapper-Storch der Tod sich gar muß beugen,
Für den der Pfuscher-Kunst als Charten Häuser fällt.

Hält, ziert ein starker Balck; allein ein festes Haßt
So muß za Breslau wol auf dich mein Balcke sehn
Damit sein Eigenthum, die schönsten Häuser stehen,

Die seinen runden Zirk als Sterne zieren aus.

Es sucht Dich schon längst, es sehnet sich nach Dir
Drum reise eilend fort; doch eh Du wirst weggehen
Will Dich der Musen-Chor auf den Catheder sehn,

Auf

Auf daß es Dich zuvor mit Doctor Ehren zier.
So reise denn mein Balck nach Breslau glücklich hin
Das solche Balcken wünscht, die kranke Häuser tragen,
Die bald durch ihre Kunst den Tod von ihnen jagen;
Doch bitt ich Dich dabey, laß mich nicht aus dem Sinn.
Laß mein Andencken so auf dich, wie Kranke, ruhn,
So werd ich nimmermehr aus deinen Augen kommen;
Du bist im Gegentheil von mir so aufgenommen,
Wie einer, der Dich liebt, in seinem Sinn kan thun.

Dieses schrieb dem Herrn Doctorando seines
nen hochgeschätzten Freunde zu bestät-
diger Freundschaft

C. G. Schöpffer,

Halberstad. Med. Cand.

Floribus indutum ceu ver post frigora ridet;
Gloria sic duro parta labore venit,
Assiduo medicas studio coluisse juvabat
Doctrinas, jam jam tempora laurus habet.
Iexus, Amice, TIBI, Doctissime, grator honorem,
Et precor ex animo: Cresce, vigesce, Vale.

Hinc Praelobilissimo ac Doctissimo Domino Car-
didato gratulari voleuit, debuit.

R. A. Einfeld,

Fris. Orient. LL. C.

Savia si posset mea condere carmina Musa
Suave. Tibi munus carmen AMICE darem
At bona cum tantum mea sit laudanda voluntas,
Pergé voluntati, quæso favere meæ.

Hicce tenuibus versiculis Nobilissimo Dr. Candidato,
Amico suo estimatissimo de novo Honoris
gradu cum voto omnigenæ felicitatis ex anni
anno gratulatur.

G. G. Arens.

Aurica Fries Orient, LL. C.

SONNET.

Morbona legte iungst die dürr und blasse Hand
An Hygieens Bau, denselben umzukehren.
Quacksalber musten ihr die schwache Kraft vermehren,
Die in gehäufter Zahl erbost herzu gerannt.
Friedriciana hat der Gottin Noch erkandt,
Und daß Morbonens Heer nicht fähig zuversöhren,
Auch Pfuscher nicht geschickt den Tempel zu verstöhren;
Hat sie aus ihren Hayn viel Balken übersandt.
Hochwehrgeschägter Freund, dich hat ein kluger Fleiß
Morlängst geschickt gemacht den Tempel mit zu tragen,
Auf welchen cummer Heid so mangen Sturm zu wagen
Sich unterstehen mag. Den ausgepreßten Schweiß

Be.

Belohnt der Himmel leicht. Ich will inbräumig sprechen:
Kein Unglücks Donner-Schlag soll diesen Balcken bres-
chen.

Hiemit wolte seine schuldige gratulation abstattten, an bey
seiu verpflichtet Gemüth gegen den Herrn Doctoran-
dum zu erkennen geben desselben ganz ergebener
Dienst

J. Döhren.
Nec Haldenstb. Magdeb.
SS. Th. St.




01 A 6602

ULB Halle
002 932 512

3





DISSERTATIONE SOLEMNI MEDICA
ASSISTENTE SUMMO NUMINE
CONSENTIENTE GRATIOSO MEDICORUM ORDINE

EMPYEMA SPURIUM

CONFICTUM MODERANTE
DNO. GEORGIO DANIEL
COSCHWITZ,

MED. DOCT. ANATOM. CHIRURG. ET BOTAN. IN ALMA
FRIDERICIANA PROFESS. PUBL. ORDIN. POTENTISS. PORUSS. RE-
GIS IN COMITATU MANSFELDENS. ET APUD PALATINOS HA-
LENS. PHYSICO MERITISSIMO. ACAD. CÆSAR. LEOPOLD.
NAT. CUR. COLLEGA LONGE DIGNISSIMO,
PATRONO, PRÆCEPTORE, AC PROMOTORE SIN-
GULARI HONORIS CULTU DEUENERANDO.
PERPENDIT
EAMQUE

PRO GRADU DOCTORALI

SUMMISQUE IN ARTE MEDICA HONORIBUS AC
IMMUNITATIBUS MORE MAIORUM SOLEMNI
OBTINENDIS

HORIS LOCOQUE CONSUETIS
Anno M DCC XXV. D. April.
Publico ac Placido Eruditorum Examini subiicit
GODOFREDUS FERDINANDUS BALCKE
URATISLAVIENSIS.

HALÆ MAGD. Typis JOH. CHRISTIAN. HILLIGERI, Acad. Typ